

3065

LITURGICI.

3066

DCCCXLVI.

949 Codex membraneus lat. Sec. XVI. Pagg. 206. praeter subiectum Indicem 5. foll. constantem, nitidissime, et ea quidem manu, cui *Codicem Missalem* DCCCXX. debemus, exaratus in fol. min. Titulis omnibus aureis, et purpureis *Evangelia* continet per annum in *Missâ* legi solita cum *Propriis* et *Communibus* Sanctorum, ducto a *Dominica I. Adventus* initio. Quod vero maximum ei pretium confert, Icunculae sunt *Evangelis* praefixae, ea, quae in iisdem narrantur, repraesentantes. Et quidem quarundam locus vacat, aliae *cerussa*, quam vocant, leviter designatae, aliae lineari pictura jam, vel partim, vel in totum informatae, aliae demum penitus absolutae sunt, et ita quidem, ut designatio et adumbratio omnium unius ejusdemque artificis, perfectio vero duorum fit, quorum alter, idem qui designator, mira quadam facilitate simul et audacia versatur in opere, alter diligentiam paene chalcographiae admovet, cumque character *Codicis*, ut diximus, ab ea

dem manu, quae splendidissimum illud *Ferdinandi* Archid. *Missale* scripsit, profiscatur, illudque *Georgio Hoefnagelio* debeamus, vix a vero aberimus, si praesentem quoque *Codicem* ad Viri hujus ingenium, industriamque referamus.

DCCCXLVII.

Codex membraneus germ. Sec. 380 XV. Folior. 241. 4. admodum luculente exaratus, rubricisque pernotatus complectitur *Epistolas* omnes per annum in Ecclesia catholica legi solitas, et *priore* quidem *Parte* eas, quae *Dominicis* et *Feriis*, *Parte altera* eas, quae *Festis* Sanctorum propriis vel communibus deserviunt. Inscribitur: *Hye debt sich der epistler* (Epistolaris) *an*. Initium ducitur a *Dominica I. Adventus*. *Der Sintag von unsers berren czuchbunfft. Paulus sprach zu den Römern*. Singulare illud, quod sola haec prima *Epistola Rhythmis* expressa fit, quorum cum priores jam *Lambecius* L. II. p. 772. edit. *Kollar. col. 571*. dederit, reliquos hic adscribam:

Dew werch der vinster werfft ab ew.

Mit dem waffen des liechtes chlaidet ew.

Alls ir des tages wellet gen.

Mit eren vnd an (ohne) sünde westen. (bestehn)

West an (Seyd ohne) wirtschafft (Gasterey) an trunchenbait.

Aller vnleimt (vel vnleunt a Leumund fama) sey ew lait.

Vnd huer (Hurerey) sey ew widerczem. (widerfam)

Wann dy ist got vngenem.

Weleibt an cbrieg an allen pbranchfall. (Contentio, Bedrückung)

Das ist alles der sel vall.

Denis Codd. Theol. V. I. P. III.

N n

Legt